

indecens est ut laicus sedeat inter Clericos eligentes. iurgia illorum audiat, & personarum Ecclesiasticarum demerita pateant laicis, qui Clericis oppido sunt infesta cap. Laicos, 2. qu. 7. & cap. Clerici de imm. Eccl. lib. 6.

Moveor quarto, quia si in hac decretali prohiberetur tantummodo interessentia laicorum ad coeligendum, frustra fuisset positum c. Massana, infr. eod. ubi hoc ipsum prohibetur. Ergo ut hae duo capitula invicem differant, & non sint superflua, dicendum est in c. Massana, prohiberi interessentiam laicorum ad coeligendum, hic vero quancumque interessentiam in aula Capitulari, etiam ad protegendum.

36 Moveor ultimum, quia opinione hanc communiter sequuntur Magistri, & Doctores nostri: nam glo. i. hic explicans laicæ potestatis abusum, sic ait (Ut laicus Princeps, vel Potestas interfit electionibus, non est usus, sed abusus.) & Innoc. num. 1. in ver. Qui vero, similiter declaratans quando electio dicatur fieri per abusum secularis potestatis: (quando inquit) Clerici in electione Episcoporum, vel Prælatorum laicos inter esse fecerunt.) & totidem verbis sequuntur Compoll. in princ. vers. Quando Clerici, Abb. Antiq. num. 1. Hblt. num. 3. Jo. Andr. num. 9. Bald. in princ. inver. Libertatem Bellam. num. 4. in prima questione Butr. num. 9. Anchar. in 1. notab. Abb. ante num. 4. & Jo. de Anan. num. 1. & in hoc conveniunt omnes teste Cardinali in prima opposit. idem Petr. de Baxio in Direc. elect. par. 1. cap. 10. num. 5. & recentiores communiter, & cum dicant omnes electionem esse per abusum quando laici electionibus interfunt, utique excludunt eos non tantum à coeligendo, sed etiam ab assistendo, & interveniendo cum eligentibus in loco Capituli. Sed apertius hoc firmat gloss. hic dum ait (electio est nulla, quæ fit contra libertatem Ecclesie.) & ita laici omnino excludendi sunt à Collegiatis Ecclesijs.) Pondera, quia non dixit excludendi sunt ab electione, sed à loco, & ab Ecclesia, ubi celebratur electio, & sequitur Butr. hic num. 10. ibi, & sic laici omnino sunt expellendi de Collegiatis Ecclesijs, & novissime Rota in causa Treveren. Abbatis sancti Maximini impressa apud Castellin.

37 in trad. de elect. c. 4. fol. 101. num. 13. vers. 2. Quia fuerunt, & num. 18 ubi declaravit nullam electionem ex quo ultra solitos Scrutatores electi fuerunt alij tres laici; eamque rationem adducit, quia laici sunt omnino arcendi ab hujusmodi electionibus. Similiter Bellam. hic num. 1. vers. Quarto, dicit adversari Ecclesiasticæ libertati, ut laici de Prælatorum Ecclesiasticorum electionibus se intromittant, & in sexta questione ait laicorum admisiones sunt in electionibus prohibita tanquam adversantes Ecclesiasticæ libertati, & eodem modo Butr. hic num. 7. dicit electionem esse per abusum, & non valere quando fit interventibus secularibus. Idem non obscure sentit gloss. in c. Cum terra, super eod. in figuracione casus ad fin. dum ait: Item laici non debent inter esse, ne vocem habere in electione prælati, & sic glossa excludit laicos non tantum à voce, sed etiam ab interessentia, & interventu. Idem Episcopus Brixien. in suo inveno repertorio in ver. Laicus, dicens: Nullus potest, aut debet interesse electioni Prælatorum, ac de illa se intro-

mittere, & Franc. March. de off. 102. num. 2. similiter excludit laicos ab utroque, dum alternativè inquit non valere consuetudinem, quod laica potestas habeat jus eligendi, aut interessendi electioni.

Et probatur hoc satis charè in c. 1. 63. dist. ubi dicitur, (Nullus laicorum principum, vel Potentatum semet infirat electioni, ne inordinata hinc, & incongrua fiat consultio, vel contentio;) Pondera, quæ non dicitur, eligat; sed semet infirat electioni, quod nudam interessentiam importat.

40 Et ita in Congregatione habita iussu S. D. N. Innocentij Decimi die 5. Aprilis 1646. coram Eminentiissimo Cardinali Pallotto, cui interfuerunt, DD. Farnesius Archiepiscopus Patracen. Maraldus, & Pagnanus, Albicicus, Maleabrunus, & Confessarius Sanctissimi ex communi sententia resolutum est Capitulum Provincie Behticæ ordinis Eremitarum sancti Augustini celebratum in Civitate Cranaten. cum assistentia, & interventu Auditoris Regie Cameræ in aula Capitulari, fuisse nullum ob laicæ potestatis abusum.

Non obstant Auctores, qui dicunt laicos posse interesse ad protegendum electores. Quoniam intelligi debet non de interessentia physica, & corporali in ipso actu, & loco electionis, sed de interessentia morali; congruè enim dicitur electioni adesse, qui tanquam brachium seculari extra aulam Capituli violentias propallat, & eligentium libertatem tuetur. Sicut prærens quandoque dicitur intra muros, c. Cum olim in fin. infra de re iudic. Joan. Andr. in c. Vbi periculum num. 5. de elect. lib. 6. quandoque dicitur prærens, cuius vox exaudiri potest, l. 1. ff. de ver. obligat. Quandoque dicitur prærens, & qui in horis est, l. 1. prærens, ff. de præscr. quandoque laici qui est in provincia, l. ult. c. de præscrip. long. temp. gloss. in c. Cum inter, in 2. secundo, in ver. Remoti supra eod. & pluribus alijs modis pfo subiecta materia, ut notat gloss. in Auth. de fideiuss. §. 1. in ver. prærentes.

Non obstat c. Adrianus. 63. dist. & alia jura supra citata num. 32. Quoniam procedunt inter minus privilegij Apostolici, ut dictum est supra num. 16. & declarat Butr. in c. Massana, in 2. notab. infr. eod. quod tamen privilegium fuit postea revocatum, ut in §. Verum & in c. seq. ead. dist. & de autoritate hujus cap. Adrianus, vide quod plenè scripti in c. Accipimus, §. 4. infr. de pactu.

Denum non obstat quod dictum est de Notario laico, quia hoc non pertinet ad abusum, cum enim notarius nullam habeat jurisdictionem in foro contentioso, nullum inducit metum in eligentibus, & sic cessat ratio hujus decretalis. Præterquam quod opinio illa de Notario non caret contradictoribus, ut patet ex dictis supra num. 19. & seq.



DE ELECTIONE.

Cap. Nihil.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**onfirmans electum indignum ad regimen animarum perdit potestatem confirmandi primū successorem, & à perceptione proprii Beneficii suspenditur ad beneplacitū Superioris, si per negligentiam id fecerit. & num. 7. Si vero per malitiam, gravior punitur Superioris arbitrio, vel pena depositio, num. 8.
- 2 Electi immediate subiecti Papæ per se, aut per personas infirmas debent adire Papam pro confirmatione. & num. 10.
- 3 Et si sint electi in concordia, & sint ultra Italiam, interiri administrant, ita tamen ut nil alienent. & num. 11. 13. & 24.
- 4 Nisi in provincia sit Legatus de Latere. num. 19. vers. Limitabis.
- 5 Et dicuntur electi in concordia, si nullus discrepet. n. 12.
- 6 Ecclesia de nihil tam permissivum, quam ut indigne assumantur Prælati ad regimen animarum.
- 7 Confirmator antequam confirmet, debet electionis processum, & merita electi diligenter examinare.
- 8 Electi vocati oppositoribus, & c. alias confirmatio non valet.
- 9 Prælati indigni debent de his etiam si fuerit confirmatio.
- 10 Pena est arbitraria, cum à iure non reperitur determinata.
- 11 Malicia gravior punitur, quam negligentia.
- 12 Legatus de Latere potest electus confirmare ex officio legationis: sed alij Legati hoc non possunt sine speciali mandato. & num. 19. vers. Limitabis.
- 13 Electus ut possit administrare ante confirmationem que requiritur. & num. 24.
- 14 Suffraganeus quavis sit vade remotus à suo Metropolitanano, tamen administrare non potest ante confirmationem. & num. seqq.
- 15 Dispensatio ad similia non extenditur. & num. 16.
- 16 Privilegium clausum in corpore iuris non facit ius commune nisi inter nominatos; & ideo non extenditur de casu ad casum, etiam ex identitate rationis.
- 17 Extraneus Injunctæ, de elect. non habent locum in inferioribus à Papæ confirmantibus.
- 18 Per reservationem dignitatum sunt adeptum electoribus ius eligendi.
- 19 Quod tamen fuit præservatum in concordatis Germaniæ, quibus non obstant reservationes non clausæ in corpore iuris.
- 20 Administracionem Prælati an Episcopus in partibus remotis suscipere possit ob urgentem Ecclesiæ necessitatem ante receptas Bullas.
- 21 Administrare potest Episcopus, si litteras sua consecrationis habere non possit propter obitum Papæ. & num. 34.
- 22 Prohibitio generalis non excludit casum alias licitum.
- 23 Scantia, & privilegia cum trahuntur ad iniqua sunt revocanda.
- 24 Electus in concordia in partibus remotis non cecidit à iure suo ex eo, quod ante confirmationem administraverit ob necessitatem Ecclesiæ, licet Curia esset ultra muros.

- 26 Necessitas facit licitum, quod alias esset illicitum.
- 27 Provisus per Papam in Consistorio est versus Prælatum ante levatas Bullas.
- 28 Litteræ Apostolicæ sunt de substantia probationis, sed non de substantia gratiæ.
- 29 Provisio Consistorialis habet vim electionis, & confirmationis.
- 30 Gratia tenor potest probari per testes, si litteræ sint perditæ.
- 31 Litteræ missivæ de promotione Episcopi attestantibus Non est credendum.
- 32 Ad electionem Canonice probationem de iure sufficit solum decretum.
- 33 Per electionem spirituale matrimonium intratur, & acquiritur electio ius administrandi in habitu.
- 34 Gestæ per electum volentium an sustineantur ex titulo putativo, & communi errore, remissivè.

**N**IHL. Si Prælati per negligentiam confirmavit indignum electum ad regimen animarum, perdit potestatem confirmandi primū Successorem, & à perceptione proprii Beneficii suspenditur, si vero per malitiam hoc fecit, gravior punitur. Electi vero immediate subiecti Papæ per se, aut per personas infirmas debent adire Papam, & potest confirmationem, Et si sint electi in concordia, & valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti, interim administrant, ita tamen ut nil alienent. Benedicuntur autem, & consecrantur, prout consueverunt, hoc dicit, Jo. Andr. Bald. Bellam. Butr. Cardinal. Anchar. Imol. Abb. Ioan. de Anan. Et divi litur tota Decretalis in duas partes. In prima ponitur Constitucionis causa, in secunda constitutio, ibi, irrefragabilis, & secunda pars subdividitur in tres, ut per, Jo. Andr.

Nota ex principio litteræ. Nihil est tam perniciosum Ecclesiæ Dei, quàm quod indigni assumantur Prælati ad regimen animarum. Ad quod solet allegari quotidie hæc Decretalis, secundum Abb. in primo notab. Unde S. Tridentina Synodus se accingere volens ad reformationem Ecclesiasticæ disciplinae admodum collapsæ ab ijs, qui maioribus Ecclesijs præfunt, inquit censuit esse sumendum; quia integritas Præfidentium salus est subditorum, ut seq. 6. de reformat. c. 1. ubi gravissimis verbis inculcat, ut ad Ecclesiarum regimen onus Angelicis humeris formidandum, maximè digni assumantur. Idemque repetit in c. 1. sess. 24. dicens, hoc minus ejulmodi esse, ut si pro rei magnitudine expandatur, nunquam satis cautum de eo videri possit. Ad hoc c. Cum sit ars, infra de etat. & qualis. & c. In sacerdotibus, 61. dist.

Secundò nota ibi, Diligenter examinet. Superiorem antequam riuus confirmationis impendat debere sedulo examinare electionis processum, an scilicet forma fuerit observata, item qualitates, & merita electi, ut in textu. Idque ex officio, etiam si contra ipsum nihil opponatur, ut hic in glossa in ver. Examinet. sed hoc præcedere debet causæ cognitio, vocatis oppositoribus juxta formam præscriptam in cap. final. infra eod. lib. 6. alias confirmatio est ipso jure nulla ubi statuitur, Tertio



7 Tertio nota in vers. *Non solum* penam indignè promoti, quia debet deici, etiam si fuerit confirmatus: & penam promoventis indignum, quia caret potestate confirmandi primum Successorem, & suspenditur a perceptione beneficii ad beneplacitum Superioris si per negligentiam 8 id fecerit: si verò per malitiam, gravior punitur, ut in littera, idest Superioris arbitrio; cum pena hic non determinetur, c. *De causis*, §. *final. de offic. Deleg. gloss. hic in ver. graviori*, & Abb. n. 2. vel die graviori, idest pena depositionis, ut cap. *Tunc* 81. dist. secundum Hostien. hic num. 6. in ver. *Graviori*, & Joan. Andr. num. 25. Et ita magis punitur malitia, quam negligentia. Bald. num. 1. Bellam. num. 26. in ver. *Graviori*, & Abb. num. 3. facit, c. *Super litteris de rescript.*

10 Quarto nota in §. *Ceterum*, Exemptos Sedi Apostolicæ immediate subiectos teneri confirmationem petere à Summo Pontifice; tamen etiam Legati de Latere ex officio Legationis possunt electos confirmare in provincia sibi decreta: alij verò Legati hoc non possunt sine speciali mandato, ut est textus in c. *Abbatem*, *Huismodi*, infra eod. lib. 6.

11 Ultimo nota in ver. *Ita quod*, Electos posse administrare in spiritualibus, & temporalibus ante obtentam confirmationem, tribus tamen concurrentibus. Primum, scilicet, ut sint in partibus valde remotis, idest ultra Italiam constituti.

12 Facit cap. *Cum longe* 63. dist. 8. c. *Cum olim*, de dolo, & consensu. Secundo, ut sint electi in concordia; idest nemine prorsus discrepante, ut notat gloss. in *Clemen. Ne Romanis*, §. 1. in ver. *Concorditer de elect.* Item gloss. in c. *Cupientes*, §. *Ad hoc in ver. Concordem*, eod. tit. lib. 6. & tenent hic Compell. num. 4. in ver. *In concordia*, dicens, Electum esse in concordia quantum ad hoc ut administrare possit ante confirmationem, quando ejus electio est ab omnibus quasi per inspirationem communiter celebrata, ita ut uno tantum dissentiente non dicatur electus concorditer. Bald. ante num. 1. explicans ver. *Concordia*, scilicet plena, & non ficta, & Abbas n. 4. Tertio, ut sub sint immediate Romano Pontifici, nam de his loquitur hoc Capitulum. Unde Suffraganeus quamvis sit valde remotus à suo Metropolitano; tamen administrare non potest ante confirmationem; quia hæc facultas dispensativè hic conceditur exemptis; dispensatio autem ad similia non extenditur, c. *In causis*, infra de re iudic. & c. *Canonianensis*, §. *dist.* Nec exulat hoc casu rerum periculum, cap. *Illud*, de maior. & obedien. & ita hic firmat glossa in ver. *Administrant*, cum qua transeunt Host. num. 12. in ver. *Dispensativè*, Joan. Andr. post Joannem, & Vincentium, quos citat num. 27. post medium in gloss. ult. & communiter Doctores, ut Abbas testatur num. 10. circa med. vers. in glossa, ibi. *Sed contra videtur*. Et quamvis ipse Abbas oppositum sentiat, eo quod hoc privilegium sit redactum in corpus juris, & sit Ecclesijs favorabile, & ideo ampliandum, nec fuerit mens Papæ privilegiare exemptos ratione exemptionis, sed propter necessitatem, & utilitatem Ecclesiarum, cum exempti sint valde remoti à Romana Curia, quod regulariter non contingit in non exemptis respectu suorum Superiorum; tamen non videtur recedendum à communi opinione, quia hæc littera discretis verbis non tau-

tum requirit, ut electi sint valde remoti, sed etiam ut sub sint immediatè Romano Pontifici. Nec verum est exemptos esse valde remotos, cum intra fines Italie plurimi sint Episcopi, qui Metropolitanis non sub sint. Nec refert quod in Suffraganeo valde remoto à suo Archiepiscopo habeat locum eadem ratio; quoniam cum hoc sit privilegium, extendi non potest, etiam ex identitate rationis, cap. *Petrus*, 7. quæst. 1. Et quamvis sit insertum in corpore Juris, tamen non propterea facit jus commune, nisi inter nominatos, nec debet extendi ad alios, ut notat gloss. in c. *Constitutionem*, in ver. *Prærogamus de regular. lib. 6.* Et in *Clem. Dudum*, §. *Verum*, in ver. *De iure*, de sepultur. Jo. Andr. in cap. *Ex parte*, in primo, nu. 3. super ver. *Ceteris de Decimis*, & hic tenet Host. num. 12. in ver. *Dispensativè*, dicens, hoc privilegium esse dispensationem respectu Lombardorum, sed jus commune respectu Privilegiatorum; & secundum hoc posse intelligi quod de jure communi, & privilegio dicitur in cap. *Cum dilectus*, §. 1. supra de Consuetud. Item hæc littera ut prædixi, dat facultatem administrandi dispensativè, scilicet contra jura, qua non volunt ante confirmationem administrari, ut explicat Joan. Andr. sub num. 27. in glossa ult. vers. *Et ibi dispensativè*. Unde tanquam exorbitans strictè est intelligenda, cap. *Que à iure*, de reg. iur. lib. 6. Et est simile in extravag. *Iniuncta de elect.* quæ cum loquatur, de confirmatis per Papam administrantibus ante receptas litteras, tamquam exorbitans non ostenditur ad confirmatos ab inferioribus à Papa, ut ibi firmat glossa in ver. *Non præstant*, ver. *Sed nunquid*.

18 Rursus quamvis idem Abb. hic sub num. 4. putet hoc privilegium hodie de rigore non habere amplius locum, quia ex quo Papa sibi reservavit potestatem providendi de dignitatibus, consequenter abstulit electoribus jus eligendi, ut c. *Ex tempore*, infra eod. lib. 6. Tamen tu dicis servari posse in Episcopatibus, & Monasterijs Germaniæ, cum jus eligendi fuerit Capitulis præservatum in Concordariis, ut in Constitutione Nicolai V. qui incipit, *Ad sacram Petri Sedem*, edita anno 1447. Kalen. Aprilis. in Bullar. tom. 1. pag. 305. Quibus quidem concordatis non obstant reservationes non clausæ in corpore juris, ut ex facto respondit Gemin. in consil. 36. *Casus talis est, per ratum*. Et servatur in praxi. Sed ipse Abbas Panormitanus non vidit concordata, quia obiit Anno 1445. & sic biennio ante, ut refert Cardinalis Bellam. de *Scriptor. Eccles.*

19 Limitabis tamen notabiliter hunc textum, nisi in Provincia esset Legatus de Latere, quia tunc exemptus etiam Ultramontanus, & in concordia electus non possit sine confirmatione administrare, contraria consuetudine non obstante, ut est text. in cap. *Cum venerabilis supra de consuetudin.* & ibi hoc notant Innoc. & Compell. tanquam in fine, & Joan. de An. num. 1. vers. *Et colligitur hic*.

20 Ex facto QUÆSITUM EST, An urgente necessitate liceat Episcopo, vel alij Superiori Prælati in partibus remotis Ecclesiæ sibi commissæ administrationem suscipere ante receptas litteras Apostolicas suæ provisionis, vel confirmationis. Hæc dubitatio emerit in Archiepiscopo Goani Indiarum primatæ; nam cum litteræ Papales suæ pro-

provisionis casu perissent, tamen in ead. Ecclesia maxima subesset necessitas Pastoris, quoniam à quinquennio erat vacata, non potuit tamen Archiepiscopus adduci ut Archiepiscopus administrationem susciperet, cum Extravag. Bonifacij VIII. *Iniuncta de Elect.* & Constitutione Julij III. 34. in Bullario veteri, quæ incipit *Sancitissimus in Christo Pater*, publicata die 27. Mij. 1553. statutum sit sub gravibus penis, ne Episcopi, & alij majores prælati sine litteris eorum promotionem, confirmationem, & consecrationem contentibus ad commissas eis Ecclesias accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere præsumant, quam obrem supplicavit Archiepiscopus, ut sibi præscriberetur, quomodo in hoc se gerere deberet. Et quia hic casus ob itinerum distantiam posset iterum in illis partibus accidere, propterea petijt declarationem supra scripti dubij à Sac. Congregatione Concilij.

21 Glossa in d. *Extra. Iniuncta*, in ver. *Non præsumant*, sensit licere Episcopo administrare, si litteras papales habere non potuit; quia, inquit, Papa hic damnat præsumptionem temerariam recedere volentium absque litteris, propter quod Episcopus, & recipientes eundem punit, sed necessitatem non excludit, & ubi non est culpa, nec poena debet infligi, cap. *Sine culpa de regul. iur. lib. 6.* Unde temeraria præsumptio hic reprobatà ad casum alium non debet extendi, nec prohibio generalis excludit casum aliis licitum, c. *Super quibusdam*, de verborum signific. 22 Item statuta, & privilegia, cum transeunt ad iniqua, sunt revocanda, c. *ult. in princ. de sent. excom. lib. 6.* cum concord. allegat. in gloss. Cuius opinio videtur etiam suffragari hæc decretalis, ubi statuitur, ut electi immediate subiecti Sedi Apostolicæ ante confirmationem papæ non administrant; & tamen in vers. *Ita quod* indulgetur concorditer electis ultra Italiam, ut administrare valeant etiam ante confirmationem propter necessitatem, atque utilitatem Ecclesiar. Et Host. in c. *Qualiter*, num. 1. supra eodem dicit, hoc esse speciale in remotis, & concorditer electis ad vitandum moræ periculum, quia posset esse Ecclesijs perniciosus subtilitas, si eam quis nimium sequeretur, Arg. 1. penult. c. *Ad Trebell.* Hinc Oldra consil. 9. incipiens, *Posto sine præiudicio*, late consuluit electum in concordia immediate subiectum papæ, atque ab Urbe distantem ultra triginta dies non cecidisse à jure suo, ex eo quod ad instantiam sui Capituli, ac propter urgentem Ecclesiæ necessitatem nondum obtenta confirmatione à papa tunc extra Italiam existente, administratione bonorum Ecclesiæ se immiscuerit, quia in hac Decretali pro facultate administrandi ante confirmationem ponderantur duæ causæ; prima est longa distantia, ob quam multa 26 statuantur, ut c. *Cum longe*, 63. dist. c. *Tum ex litteris*, circa fin. *De in integ. restit.* Secunda est necessitas, vel utilitas Ecclesiarum, ob quam similiter multa statuantur, & sine præiudicio permittuntur, c. *Ne pro defectu*, supra eod. c. *Quam sit*, eod. tit. lib. 6. *Cum concord. per eum allegat.* Ultraque autem ratio proculdubio militat in casu proposito, quod ergo propter distantiam loci, & necessitatem Ecclesiæ licet electo ante confirmationem, liceat quoque proviso ante receptas bullas, cum ne-

cessitas faciat licitum, quod aliàs est illicitum, c. *Quoniam*, 1. quæ 7. c. 1. de Ver. cap. 3. de celebrat. Missar. cum multis similib. Et in qualibet dispositione intelligatur excepta, cap. *Licet de penit. & remis.* & ea magis, quia privilegium, quod hic tribuitur concorditer electis, est Ecclesijs favorabile, cum emanaverit ob illarum necessitatem, vel utilitatem; & idè debet late interpretari, tamen opinionem Abbatis hic sub num. 10. vers. in 2. gloss. ibi, sed contra.

27 Quibus accedit, quod pronuntiatus per Papam in Consistorio, ut moris est, etiam ante levatas Bullas est verus Prælati, quia littera est de substantia probationis, non autem de substantia gratiæ, Gemin. consil. 105. super dicto dubio, vers. *In contrarium*, Abb. in c. *Qualiter*, sub n. 1. vers. *Dic tamen* quod pronuntiationem, supra eod. Felin. in cap. *Eam te*, col. 3. num. 2. vers. *Caute*, de rescript. & latius in *Rubrica de Constit. nu. 5. Sarn. in regula de iuribus*, quæst. 1. vers. *Nam considerandum*, Callador. decis. 4. num. 2. de caus. possess. Caputaq. decis. 175. num. 2. par. 2. Seraph. decis. 775. num. 2. Rot. decis. 418. num. 3. par. 1. divers. & sepe aliàs. Et provisio Consistorialis habet vim electionis, & confirmationis, gloss. in cap. 1. in ver. *Provisionem*, infra eod. lib. 6. dixi in cap. 1. num. 2. vers. *Que quidem*, supra eod. Unde cum pronuntiatus Episcopus plenum habeat ius; tamen probatio deficit, rigor hujus solemnitatis probandi per litteras tamen, cum sit juris positivi, non videtur attendendus urgentem Ecclesiarum necessitatem; sicut propter necessitatem non attenditur in probando tenorem gratiæ Apostolicæ, cujus litteræ sunt deperditæ, ut per Felin. in d. *Rubrica de Constit. paulo ante num. 7. vers. Tertius casus*, de quo latissimè Mazzos. in regula 27. de non iudicand. quæst. 6. num. 5.

31 Sed contra videtur quia valde periculosum est in hac materia quidquam generaliter decernere, cum Episcopi præsertim illarum partium vi altiter esse possint certi de sua promotione, quam per inspectionem Bullarum. Maximè enim absurdum esset, ut aliqui receptis litteris missivis suorum Agentium, vel aliorum Curiarum gererent se pro Episcopis, minus consecrationis susciperent, & ea, quæ sunt ordinis, ac jurisdictionis exercerent in grave detrimentum animarum suarum, & periculum nullitatis actuum, ut in d. Extravag. *Iniuncta*. Neque enim in hoc gravissimo negotio promotionis Episcoporum sibi videtur esse hujusmodi attestacionibus; tum quia multoties ab Urbe scribitur factum, quod proximè creditur faciendum, & tamen interdum non fit ob aliquod impedimentum postea subortum; tum ob periculum falsificationis, quæ non ita facile potest contingere in litteris Apostolicis, præsertim ob penam gravissimam, de qua in cap. *Ad falsarium*, de crimine falsi.

32 Nec procedit simile desumptum ex hac Decretali, quia in electis diversa militat ratio, quam in provis apud Sedem. Nam electi sunt statim certi de sua electione, cum de jure ad probationem Canonice electionis solum decretum sufficiat, ut cap. *Episcopus*, 61. dist. *Et hic notat Innoc. num. 1.* Per quam quidem electionem spirituale matingonium initiat, cap. *Cum inter Canonicos*, supra eod. & c. *final. infra de translat. Episcopi*. Et ex ea acquiritur electo ius, & potest



DE ELATIONE.

Cap. Cum in Magistrum.

S V M M A R I V M.

velas administrandi in habitu, licet non in exercitio, ut notat gloss. Magna in cap. *Quantum*, 63. dist. & Abb. *hincum*, 4. vers. *Hodie vero*, & in cap. *Transmissa*, supra eodem. Unde acquiescit est consonum, & Ecclesijs favorabile, ut ultratalliam constituiti, & concorditer electi non teneantur expectare confirmationem ab Urbe, quia mora posset esse Ecclesijs perniciosa, sed statim administrare valent dispensare propter necessitatem, vel utilitatem Ecclesiarum, ut hic in littera. At hæc ratio et stat in provisis apud Sedem: nam si attendamus tempus ante provisionem, cum certum sit eos nullum jus habere, absurdum esset, ut in administratione Prælatore se intruderent, cap. 1. 62. dist. c. *Si per ordinationem*, & c. *Omnis*, 63. dist. Unde ad die vocationis Ecclesie usque ad tempus pronuntiationis in Consistorio necessitas cogit eos abstinere. Post provisionem vero nulla causa subest dispensandi cum eis, ut administrare valeant ante receptas Bullas, cum possint statim illas expedire, & ante illarum receptionem nõ dicantur certi de sua promotione, quippe quæ non aliter probari potest, quam per litteras Papales, ut in d. Extrava. *Inimica*, & tamen etiam si subesset eadem ratio in provisis, quæ est in electis: nihilominus hoc privilegium non extendetur ad casus similes, ut offensum est supra in

4 ult. not. Glossa vero supracitata num. 21. loquitur in casu valde diverso, scilicet in Episcopo consecrato, qui est certus de sua consecratione & litteras consecrationis hujusmodi obtinere nõ potuit propter obitum Pape. Adeo ut propterea laudandus sit Archiepiscopus Coanus, qui documentis Apostolicis nondum receptis administrationi Ecclesie se immiscere non est ausus cuiusvis necessitatis preterit, ut cap. *Ulad de maior*, & *obol*. & hic notant glossa in ver. *Administrant*, Sed contra videtur.

Quamobrem tutius videtur tam in hoc casu, quam in alijs futuris consulere Ecclesiarum necessitati, transmittendo diversa Bullarum duplicata ac per diversas vias propter casus fortuitos, ut si alterum depercat, reliqua salva esse possint, juxta tex. in §. ult. *Instr. de resiam*, & cons. Holt. in c. *Ego N. in ver. Licentia*, num. 9. Et Jo. Andr. in ver. *Absolutor*, num. 10. infra. de *interim*. & hoc placuit S. Cong.

35 Glossa in ver. *Administrant*. Innoc. & Compostel. eod. ver. Bald. Abb. & reliqui tractant hic prolixè materiam, l. *Barbarius*, ff. de off. Prætor. videlicet arguella per electum toleratum in administratione fultincentur ex titulo putativo, & communi errore. Ego de hoc egi latissimè, in c. *Supereo*, à num. 9. infra de *crim. fals.* & in c. *Quod à Prædecessore*, à num. 130. de *crim. fals.* hic non repeto, & consule Socinum cons. 32. n. 19. & segg. vol. 1.



**A** Bbas eligi non potest non professus, & n. 5. & 9. Magister, seu Doctoratus gradum propter assumentes corripitur.

1 Docere prius, quam doceri præceptorium est, & impossibile. 2 Magistro non prodest quod multoties fuerit approbatus, si aperit indignus sit. 3 Beneficium, cuius provisio ob negligentiam electorum ad Superiorem devolvitur, conferri non potest nisi habenti qualitatem, cui primi Electores adstricti erant.

4 Canonici regulares in posse eligi in Abbatem. 5 Monachorum appellatione conveniant Canonici regulares. 6 Ordinarij Collatores an possint beneficia in titulum regularibus provideri solita conferre secularibus, qui illius ordinis habitum suscipere, & professionem emittente teneantur, & num. segg. usque in fin.

7 Quid de Abbatibus, Prioratibus, & administrationibus. Et quid de Portionibus monachalibus, seu Canonicis, num. 13. & 33. Et quid de alijs beneficijs, que in titulum regularibus conferri solent, num. 19.

8 Intellectus c. Nullus de elect. lib. 6. 9 Portiones monachales, seu Canonicales Ecclesie non numerantur non dicuntur vacare, sed creantur simul ac de ijs aliqui providentur. 10 Portionum divisio in singulos monachos videtur contraria, & votum pauperatis.

11 Novitj licite recipiuntur à monasterio, alimenta, & portiones, que in eorum locum subrogantur. 12 Portiones plures monachales sunt incomparabiles. 13 Portiones consuetudine ne dum Sabaudie, sed etiam Gallie, & Hispanie providentur secularibus habitum suscipiunt, & professionem emittentibus. 14 Beneficia certo personarum generi assignata conferri possunt ijs, qui tempore collationis non sunt de genere.

15 Beneficia regularia in defectu religiosorum conferri possunt secularibus. 16 Regula de triennaliter clericum secularem in possessione beneficij regularis. 17 Concordata an assent qui valeat nominatio Regis de personis secularibus ad Abbatiam regularem. 18 Tridentinum Concilium præcipiens beneficia regularia conferri regularibus, vel ijs, qui habitum suscipere, & professionem emittere teneantur, procedit in inferioribus Collatoribus. 19 Beneficia unius ordinis prohibentur conferri regularibus alteri ordini. 20 Dicitur, omnino, quid importet. 21 Tridentinum Concilium, ubi loquitur de Summo Pontifice quibus verbis uti consueverit. 22 Papa solus confert beneficia sub conditione, & ex tempore, sive ad tempus. 23 Actus legitimus non recipiunt conditionem, neque diem.

Calla

30 Collatio beneficij regularis facta seculari cum decreto, ut teneatur habitum recipere, & professionem emittere, non pendet ex tempore, aut conditione, & num. 38.

31 Ordinis defectus cur minus obstitit impetranti, quam defectus etatis, scientie, & morum.

32 Beneficia regularia in Francia an, & quando providentur non expresse professi.

33 Non professi in Collegiata regulari existentes coguntur aut profiteri, aut beneficia dimittere, & num. 37.

34 Novitj late sumprovocabulo regulares appellantur.

35 Collatio beneficij regularis facta seculari ex tunc prout ex tunc, & postquam professionem emiserit, est conditionalis, & non potest fieri nisi à Papa.

36 Idem si adiciatur, ut elapso anno, & non sequatur professione expressa beneficii valeat ipso iure.

37 Collatio beneficij regularis clerico seculari qua formula ab Ordinarijs inferioribus sit concipienda.

38 Facta sub obligatione proficiendi non est conditionalis, sed modalis.

Secundò nota ibi, Nec fit proficiendus, argumentum optimum, & quali expressum, secundum Abbatem in. 2. not. quod non professus in Abbatem assumi non debet non solum per viam electiõnis, sed nec per viam provisionis. Hodie satis clarè hoc expressum in Clem. Ne in agra, §. *Sane Prioratus*, de stat. Monachor. Ponderanda verba, committi, vel conferri: & in c. *Cum de beneficio*, de prob. lib. 6. quod utitur verbo, provideri, ut scripti latius in c. *Cum causam*, in 4. not. supra eod. Unde inferitur ut si Capitulum negligat eligere infra terminum à jure præfixum, superiore immediatus, ad quem fit devolutio juxta terminos cap. Ne pro defectu, supra eod. non poterit conferre (salva Sedis Apostolicæ auctoritate) nisi Religioso professo: ad quod est tex. clarus in Clem. unica, de supplicanda neglig. Prælat. ubi notabiliter expressum est superiorem, ad quem fit devolutio ex negligentia, teneri conferre persone habenti illam qualitatem, cui adstricti erant primi electores. Et vide quod scripti in c. *Cum propter*, num. 7. infr. de iurepatr. in Questione, An Episcopus Parochialem Ecclesiam Jurispatronatus laicorum conferens jure devoluto teneatur eam conferre approbato in concursu ad præscriptum Concilij Tridentini cap. 18. sess. 24.

**C**UM IN MAGISTRUM. Non professus in Abbatem eligi non potest. Hoc dicit. Solet ab aliquibus notari superfluitas eo quod hic casus reperitur de ceteris etiam in alijs capitulis hujus tituli. Sed non est ita, nam Decretalis Cum causam, loquitur in promovendo, hæc in promotio, & c. Cum ad nostram, loquitur in eo, qui nondum erat Monachus, & sic nil superfluum, secundum Abbatem Antiqui, cui subscribitur Joan. Andr. Col. lectar. Bellam, & reliqui omnes. Posset etiam dici in c. Cum causam: tolli consuetudinem, in c. Cum ad nostram, reprobari spem, vel promissionem, ut Abbas fiat, hic verò temoveri oblationis appellationis. Dividitur in duas partes. In prima factum recitat. In secunda providetibi.

2 Mandamus. Nota primò præmium multum allegabile contra religiosos, & scholares, qui gradum magisterij, seu doctoratus præpropter, & immaturè suscipiunt: nam miserum est eum fieri magistrum, qui fornam discipuli non assumpsit, ut hic, & in cap. Miserum, 61. dist. debet enim esse discipulus quisquis Doctor esse desiderat, ut possit docere quæ didicit: alius qui minime litteris operam dedit, præceptor non potest esse litterarum, ut legitur in c. Ordinatus, 59. dist. est enim præceptor, & impossibile prius docere, quam doceri, ut ait hic Baldus in princ. prius ergo multo tempore ad discere quæ postmodum doceas, c. Sic vive, 16. q. 1. & c. Si officia, 59. dist. quoniam nemo repente fit summus, §. *Quis de charitate*, de penit. dist. 2. gloss. in c. Tum ex litteris, in ver. Instruendus, de in integ. resit. Joan. de Anan. hic num. 2. nec ipse te doceas, nec absque ductore regrediaris viam, quam nunquam ingressus es cap. Si Clericatus, in fin. 16. q. 1. cum alijs hic

3 alleg. per Holt. in princ. Bellam. n. 2. & Cardin. in 1. not. ab. Addunt Vincent. & Collectar. non prodest Magistro, quod millicies fuerit approbatus, si aperit indignus sit, cap. Qui de mensa 73. dist. & cap. Cum sit ars, infra. de etat. & qualis.

Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

7 Tertio nota in ver. Mandamus, Canonico regularem eligi posse in Abbatem, ut post Boatiuum hoc notant Joan. Andr. num. 4. Butr. num. 6. & Card. in 4. not. tamen hodie dicit ut in Clementi. Cum rationi, eod. tit.

8 Quarto nota ibi, Monachi, & Regulares Canonici, Monachorum appellatione non comprehenduntur Canones regulares: licet quandoque acqui parentur, & à Monachorum consortio non sint sejuncti, ut in cap. Quod Dei timorem, infr. de stat. Monachor. de quo tamen dicit, ut ubi notavi, num. 10. & segg.

9 Ultimo nota ibi, Ad amonitionem eorum. Textum quali expressum quod etiam secundum hæc tempora electio in Abbatem de non professo erat ipso jure nulla. Unde decretalis nullus, infra eod. lib. 6. potius emanavit ad majorem declarationem, cum de hoc articulo esset controversia inter primarios Canonistas, ut dixit in c. Cum causam, num. 35. in princ. & vers. Sed quatenus, supra eod. Ad quod vide bonam glossam in cap. unico, in ver. De cetero, de postulat. Prælat. lib. 6.

10 QUÆRO, An præter Papam Ordinarij Collatores possint beneficia in titulum regularibus provideri solita, conferre secularibus, qui illius ordinis habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur ad præscriptum cap. 10. sess. 14. Conc. Trid.

11 Ut plenius satisfiat propositæ dubitationi, distinguendum videtur inter Abbatias, Prioratus, & similes administrationes regulares, atque inter Monachales, seu Canonicales portiones, quæ loco victualium assignantur singulis, & inter cetera beneficia, quæ in titulum regularibus providentur.

De Abbatibus videtur respondendum negativè tum quia de his expressum est ut ad eas non assumantur nisi professi, ut hic, & in c. Ad nostram, & in c. Officij, supra eod. Imò debent eligi expressè professi, c. Nullus, eod. tit. lib. 6. tum quia appellatione beneficiorum non veniunt Abbatias,

K ut



ut per Lupum allegat. 85. num. 11. vers. Item Abbatis, & scripti plenè in c. 1. à n. 15. usque adn. 20. instr. de atar. & qualis.

Item videtur respondendum de Prioratibus, & similibus officijs habentibus administrationem, ut de Prioratibus sunt jura clara in c. Cum causam, supra eod. & in c. Cum de beneficio, de Prob. lib. 6. & in alijs administrationibus, in Clem. un. de suppl. negl. Prelat. & in Clem. Ne in agro, §. Sanè Prioratus, de stat. Monachor. Et facit ratio, quia tales debent esse instructi in regula Monachali, ut in d. c. Officij, ubi Innoc. & DD. notant, Butr. in d. c. Cum ad nostram, num. 6. & Abbas post eum num. 2. & convenit ut prius sint discipuli, quam magistri, ut hic patet, & in cap. Miserum, 61. dist. & ad hoc idem requiritur expressa professio, ut in d. c. Nullus, infra hac tit. lib. 6. Nec verisimile est Concilium quoad istos aliqui innovare voluisse. Nec obstat quod plerique intellexerint prædictam Decretalem Nullus: saltem respecta nullitatis procedere tantum quoad provisio sit per modum electionis; secus si per viam collationis, ut post Joan. Andr. notat Abbas in c. 2. num. 4. vers. Et proboc facit, infra de testam. Siquidem hoc non est tutum; & contrarium convincitur ex text. in d. Clem. Ne in agro, §. Sanè Prioratus, de stat. Monachor. qui loquitur de collatione Prioratum, & aliarum administrationum; & tamen decernit ut collatio fieri non possit nisi expressè professus; & pondera illa verba non possit, quæ tollunt potentiam, & reddunt actum ipso jure nullum, juxta gloss. ordinariam in c. Beneficium de regul. iur. lib. 6. Unde melius oppositum tenuit idem Abbas hic, ut dixi supra in 2. not. & dicam latius in d. cap. 2. de testam.

12. quæ intellexerint prædictam Decretalem Nullus: saltem respecta nullitatis procedere tantum quoad provisio sit per modum electionis; secus si per viam collationis, ut post Joan. Andr. notat Abbas in c. 2. num. 4. vers. Et proboc facit, infra de testam. Siquidem hoc non est tutum; & contrarium convincitur ex text. in d. Clem. Ne in agro, §. Sanè Prioratus, de stat. Monachor. qui loquitur de collatione Prioratum, & aliarum administrationum; & tamen decernit ut collatio fieri non possit nisi expressè professus; & pondera illa verba non possit, quæ tollunt potentiam, & reddunt actum ipso jure nullum, juxta gloss. ordinariam in c. Beneficium de regul. iur. lib. 6. Unde melius oppositum tenuit idem Abbas hic, ut dixi supra in 2. not. & dicam latius in d. cap. 2. de testam.

13. De Portionibus Monachalibus, seu Canonicalibus, de quibus latè Navar. in Comment. 3. de regul. videtur respondendum affirmativè: non solum quando sunt in Ecclesijs non numeratis, in quibus est minor difficultas; siquidem tales portiones tunc non dicuntur vacare secundum Abb. in c. ex parte, num. 6. de concess. preben. sed creantur simul ac de ijs aliqui providentur: verum etiam quando in Ecclesijs sunt hujusmodi portiones, seu præbendæ distinctæ, & numeratæ.

14. Primò, quia nullo jure ante Concilium id prohibitum reperitur; immò verò hujusmodi bonorum divisio in singulos Monachos, seu regulares professos videtur contra jus, & votum paupertatis. Innoc. in c. dilectus, il primo in fin. vers. nisi essent regulares, de preben. & colligit Navar. ubi supra num. 24. & seq. & latissime probavi in cap. Monachi, infra de stat. Monachor. & quatenus divisio hujusmodi portionum, & assignatio defenditur ex his, quæ idem Navar. postea in seqq. num. congerit; tamen magis iustificatur peculiare illæ, seu privilegiatæ portiones in personis novitiorum, quam professorum.

15. Secundo istæ portiones accipiuntur in victum, & vestitum regularium, ut omnes consentiant. At Noviti post susceptionem habitus alimenta à monasterio licitè recipere possunt, c. Si quis propter hoc, qu. Concil. Tridentinum, c. 16. post medium; ibi, excepto victu, & vestitu, sess. 25. de regular. Ergo & portiones, quæ in eorum locum subrogantur, arg. c. maiores, de Bapt. & S. fuerat, dist. de alio.

17. Tertio, si non possent provideri nisi professus sequeretur ut Ordinarijs auferretur portio; siquidè portio vacans per obitum unius provisionarij professo habenti suam portionè provideri non potest; quia sunt incompatibiles, c. Cum singula de preben. in 6. Navar. ubi supra num. 43. Alius autem professus, qui careat sua portione, non facile reperiretur, nec reperiretur qui ante habitum suscipere, & professionem emittere vellent; nisi simul portionem suam consequerentur, cum alias contingere possit eos, vel nò admitti ad professionem, vel admissos de subventionem non provideri, Quarto si harum portionum provisio sub conditione, sive ex nunc faciendâ sit semper à Sede Apostolica, disciplina regularis facile collabatur; nam præterquam quod provisio sepe fieri poterit non idoneis: ipsi provisio erga Abbatem, seu Priorem, Superiores vè suos regulares non eam exhibebunt reverentiam, quam alias præstarent, ut probè animadversum fuit contra l. convenire, ff. de pact. dotal.

18. Quintò consuetudo in partibus nedum Sabauditæ, sed per totam Galliam, & Hispaniam obtinuit, ut provideatur secularibus habitum, suscipiendis, & professionem emissuris: quæ consuetudo per quodvis decretum vix aboleri possit, arg. c. Certificari, de sepul. & l. Minime, ff. de leg. De alijs beneficijs, quæ in titulum regularibus conferri consueverunt, Respondetur posse ea per ordinarios collatores conferri secularibus cum decreto, ut juxta Concilium habitam suscipere, & professionem emittere teneantur.

19. De alijs beneficijs, quæ in titulum regularibus conferri consueverunt, Respondetur posse ea per ordinarios collatores conferri secularibus cum decreto, ut juxta Concilium habitam suscipere, & professionem emittere teneantur.

20. Primò, quia jure non est novum beneficium, certo personarum generi affecta conferri etiam ijs, qui tempore collationis non sunt de eo genere, arg. c. Et cui, de preben. lib. 6. & scripti latè in cap. Cum in cunctis, §. Inferiora, supra de elect. sic enim parochiales Ecclesiæ conferri possunt etiam non Sacerdotibus, qui tamen tenentur intra annum ad Sacerdotium promoveri, cap. Licet canon. cap. Cum ex eo, de elect. in 6. & cap. Si pro Clericis, ubi gloss. eod. lib. de preben. Sic beneficia quibus varia onera sunt annexa ritè conferuntur non habentibus tempore collationis ordines requisitos ad ea onera subeunda. Clem. Pij, de atar. & qualis. innovata à Concilio Trident. in cap. 4. sess. 22. Et Præbendæ Diaconales, & Sacerdotales conferri possunt etiam ex d. Clement. & d. cap. 4. ijs qui intra tempus à jure statutum ordines assumere possunt requisitos.

21. Secundo, non utique adeo de jure communi expressum est ut regularia beneficia tantum regularibus conferantur, quin aliquibus casibus etiam jure permittente conferri possint secularibus, ut puta in defectum religiosorum, cap. Inter quatuor, de relig. dom. Abb. in cap. Relatum, ne cler. vel Monach. Rebuff. in tract. nominat. quest. 15. num. 23. Et regula de trienniali tuctur clericum 22. secularium in possessione beneficij regularis, Rebuff. de pacif. possess. num. 139. Immo non obstantibus concordatis in tit. de collat. §. Volumus, ubi cavetur ut secularis nominatus beneficium regularia petere, aut consequi non possit; non desunt qui putant valere nominationem Regis de persona seculari ad Abbatiam regularem in commendam usque ad annum, intra quem debent assumere habitum, & postea habere in titulum, ut per Rebuff. ubi supra de nominat. n. 21. quatuor.

quoniam hoc reprobat Navar. qui in comment. 3. de regul. num. 2. non satis se intelligere dicit, quia ratione Regia Majestas ante Concilium præferretur ne dum regulares unius ordinis ad præfecturas alterius, sed & seculares, nec expressè, nec tacitè professos vigore indulti ab Adriano VI. concessi, ut possent præferantur in Hispanijs ad Abbatis, & Præfecturas collegiarum secularium, & regularium; de quo dicit scripti in cap. Cum causam, supra eod.

24. Sed quatenus esset expressum in jure ut regularia beneficia nisi religiosi professis non conferrentur, & qualitas religiositatis contemporanea ipsi collationi esse deberet; ac proinde collatio facta non professis, nulla esset de jure communi, ad not. per Anchar. & alios in d. cap. Si pro Clerico; adhuc tamen per Concilium viderentur hujusmodi beneficia ritè conferri ijs, qui habitum, & professionem suscipere, & emittere teneantur, inducendo tex. Concilij, cap. 10. sess. 14. Primò, quia verba sunt generalia, apta comprehendere quoscunque collatores, ibi, provideri consuetæ conferantur, &c. id est ab ijs, ad quos collatio pertinet. Secundo, quia pars alternativæ (religiosis tantum illius ordinis) proculdubio etiam inferiores collatores respicit: ergo & altera pars, (vel ijs, qui, &c.) arg. l. tam hoc iure, §. fin. de vulg. & pupill. Tertio, non præsumitur Concilium voluisse privare per indirectum inferiores Ordinarios suis collationibus, arg. l. 2. §. Si quis à Principe, ff. Ne quid in hoc public. 25. Quarto, mens Concilij fuit providere præcipuè duabus corruptelis: Altera est ne conferantur professis alterius Ordinis, quod etiam de jure communi prohibitum erat, cap. Cum singula, §. Præhibemus, de preben. in 6. & Clem. 1. de elect. Altera ne seculares beneficia regularia obtinerent, unde status beneficiorum immutaretur, juxta c. Cum de beneficio, de preben. in 6. Idè adjecta est in text. dictio taxativa, tantum, ad excludendos professos alterius Ordinis, non ad includendum solos professos, cum statim subjecerit, vel ijs, qui, sufficit enim alternativa unam partem verificari, ut legi satis factum sit, l. Si is, qui 200. §. Vtrum, de re dub. & cap. Inter ceteras, 26. supra de rescript. providè etiam adjecta est dictio, omnino, ad excludendam dispensationem inferiorum, Fran. in cap. Cum ex eo, num. 2. de elect. 27. in 6. Quintò, ex ulo Concilij quando specialiter dirigit dispositionem ad ea, quæ proprie pendunt ab auctoritate Summi Pontificis, ne videatur ei legem dicere, utitur verbis modestiæ & reverentiæ, confidit sancta Synodus, orat, & similibus, cap. 17. sess. 24. & c. 21. sess. 25. de regul. ubi disponit circa Præposituras regulares non commendandas imposterum, & alibi in cap. 10. sunt verba valde præcisa, tantum omnino, non conferantur.

28. Prædictis non obstat quod solus Papa conferat beneficia sub conditione, & ex tempore, sive ad tempus, Abbas in cap. Significasti, num. 5. de elect. gloss. penul. & DD. in cap. 2. eod. tit. lib. 6. 29. cum collatio debeat esse certa, & actus legitimi non recipiant conditionem, neque diem, leg. Actus legitimi, ff. De regul. iur. & cap. Actus, ubi 30. notatur, eod. tit. lib. 6. Respondetur enim collationem, quæ fit secularibus cum decreto ut teneantur recipere habitum, & professionem emittere, Prosop. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

tere juxta decretum Concilij, certam esse, nec pendere ex tempore, aut conditione; quemadmodum purè, & perpetuo conferri intelliguntur parochiales ijs, qui Sacerdotium non sunt, & tenentur infra annum ad Sacerdotium promoveri, cap. Licet Canon. de elect. in 6. & similiter dignitas, & præbendæ requirentes certum ordinem conferuntur etiam post Concilium ijs, qui intra tempus à jure statutum ordinem requisitum sumere teneantur, d. Clem. ut ij, qui de atar. & qualis. Nemo autem dixerit in his casibus opus esse dispensatione Papæ, aut inferioris non posse ita providere, cum leges hoc non dicant, & usus obtineat ut Parochiales, & Præbendæ sic, ut præmittitur, etiam ab inferioribus conferantur, & jure secundum communem opinionem, de qua testatur Francus in cap. Si pro clericis, num. 5. de preben. lib. 6. & in cap. Licet canon. num. 6. de elect. eod. lib. Cardin. in Clem. 1. de offic. Vicar. & redditationem Anchar. in d. cap. Si pro clericis, cur minus oblit impetranti defectus ordinis, quàm ætatis, scientiæ, & morum; nempe quia defectus ordinis brevi supplicari potest voluntate impetrantis; non sic de alijs, quæ ratio potest concludere etiam in defectu professionis, maxime ubi non esset necessarius annus probationis.

31. Non obstat assertio Rebuff. in tit. de dispensar. cum regular. num. 24. & seq. ubi dicit in Francia non admitti aliquem ad beneficia regularia, Prioratum, aut aliam administrationem, nisi sit expressè professus, juxta c. Nullus, de elect. lib. 6. sive per viam electionis, sive collationis, præterquam si collatio fieret ab ipsomet Papa non obstante consuetudine in contrarium. Quia responderetur primò, hoc esse intelligendum non de quibuscunque beneficijs, sed de Præposituris cum administratione, de quibus id concessum est in primo, & secundo membro distinctionis; secus de simplicibus beneficijs, ut puta Cappellis Monachorum, & Præbendis regularibus. Secundo responderetur dictum Rebuff. procedere instantibus concordatis, & Regijs Constitutionibus, quarum ibidem meminit. Tertio, responderetur his circumscriptis, quicquid antea fervaret, post Concilium videri permissam collationem talium beneficiorum his, qui habitum suscipere, & professionem emittere volunt regularem. Quarto responderetur de contraria consuetudine quoad Præbendas Canonicales testari Dom. Datarium.

32. His ita constitutis, si quaestio resolutio eò minus expedita videretur, quod plura beneficiorum genera complectatur; possit restringi ad terminos portionum monachalium, seu canonicallium, quas conferri posse etiam non professis de jure veteri probatur, arg. cap. Cum causam, de elect. quatenus in fine mandat clericos non professos in Collegiata regulari existentibus compelli, ut vel B. Augustini regulam profiteantur, & servent, aut ipsam Ecclesiam omnino dimittant. Ergo non professi esse possunt Canonici, & obtinere suas præbendas, quibus postea spoliari possint si reculent profiteri, ut ibi latius deduxi in ultimo notab.

Præterea in casu Gratianopolitan. quo agitur, supponitur has portiones à quadraginta annis ultra, & citra secularibus; qui simul recipiuntur ad habitum regularem, esse solitas conferri. K 2 Ergo



Ergo videtur dicendum Concilium vel non comprehendere illas portiones, tanquam non confectas conferri regularibus, vel comprehendere cum modificatione subiecta. Siquidem Novitij, qui ad professionem tendunt, licet non sint Monachi, aut regulares proprie, seu cum effectu; tales nihilominus largo vocabulo appellantur, cap. Religioso, §. Quamvis autem, de senten. excom. lib. 6. Rebuff. de dispensat. cum regul. n. 23. & patet ex notatis per Hoff. in cap. Statuimus, num. 4. vers. nec obstat, infra de regul. & per gloss. magn. in cap. Beneficium, post medium, vers. Item talis, eodem tit. lib. 6. quia dicit tales esse religiosos, sed revocabiliter.

34 Circa formam provisionis consuetz videtur advertendum non esse consonam, quatenus sonat provisionem fieri seculari ex nunc prout ex tunc, & postquam professionem regularem emiserit; quia hęc collatio est incerta, & ex tempore, sive sub conditione: contra gloss. penult. in allegat. c. 2. de elect. in 6. & in c. un. de Cappell. Monachor. eod. lib. in verb. perpetuo: & solus Papa potest sic conferre, gloss. in c. Si gratiose, in ver. A Romano, de rescript. in 6.

35 Quia ratione minus probatur formula, ut in exhibitione habitus regularis fiat collatio cum clausula ex nunc, prout ex tunc, & postquam professionem regularem expressit emiserint, quam elapso anno probationis expressit emittit omnino teneantur, alias portiones vacent eo ipso; quia præter oppositionem supra factam, hęc adjicit juri communi, & canonico requisitum expressit professionis: & quatenus apponit vacationem ipso jure, præsupponit vacationem validam fuisse à principio & postea eandem resolvit ad tempus, quod non potest fieri per inferiores; inò implicit contradictionem collationem fieri prout ex tunc. & secuta professione vacare beneficium ipso jure: adde hanc vacationem induci non posse decreto inferiorum.

37 Quid dicitur? Videtur dicendum provisionem simpliciter fieri debere, quæ habet à jure annexam suam obligationem seu conditionem ut provilus teneatur habitum suscipere, & professionem emittere: aliàs nisi provilus adimpleat id, ad quod tenetur, amovebitur ab Ecclesia, & privabitur portione, arg. c. Relatum, de Cler. non resid. c. Significatum, de preben. & omnino agitur cum eo, prout cum provilo de præbenda habente ordinem annexum, qui intra tempus non promovetur; nam peculiariter statutum est ut provilus de parochiali nisi intra annum promoveatur ad Sacerdotium, privatus sit ipso jure, ut in cap. Licet canon, infr. eod. lib. 6. sed in alijs beneficijs Curatis stat jus vetus de quo in c. Cum in cunctis, §. Inferiora, supra eod. nam quod non mutatur, &c. l. Sancimus, C. De testam. & l. Præcipimus, in sine, C. De appellat. & probatur in c. Statutum, ubi gloss. DD. notant infra hoc tit. lib. 6. & scripsi plenius in d. §. Inferiora. Nihil etiam prohibet exprimi in provisione hanc obligationem quæ non reddit collationem conditionalem, sed modalem ut per Oldra. cons. 108. in princ. vers. Ad primum, plenè Butr. cons. 48. in princ. & Alex. cons. 102. Vifis, §. ponderatis, eum. 2. vers. Et notat. Bart. lib. 1. cum præferim non sit apposta ab homine sed à jure, adnot.

per DD. in d. c. 2. infr. hoc tit. lib. 6. arg. l. Si à legat. §. 1. de leg. 1.  
Sententiam S. Congregationis super propositionibus dubitationibus habes in c. Cum causam, n. 38. supr. eod.

DE ELECTIONE.

Cap. Massana.

S V M M A R I V M.

- 1 Electio Prælati per laicos, & Canonicos facta non valet, etiam si hoc habeat consuetudo, & mun. 19.
  - 2 Eligendi in Collegiata Ecclesia non cadit in laicum.
  - 3 Laici spirituales non sunt capaces, etiam admixti clericis, & num. 16.
  - 4 Actus activorum non cadunt in subiecto inhabili.
  - 5 Papa solus dispensat, ut laici admittantur cum Collegialibus ad eligendum, & n. 8.
  - 6 Notarius laicus potest electioni interesse, ut scribat processum.
  - 7 Laici in electione Prælati admitti possunt non ad coeligendum, sed ad protegendum electores etiam armati manu.
  - 8 Imperatores ex privilegio sibi olim concessio eligendi, seu confirmandi Romanum Pontificem nullam in spirituale transferebant.
  - 9 In mixtis inseparabilibus magis attenditur, quod nocet, quam quod prodest, & num. 28.
  - 10 Declaratur, & num. 31.
  - 11 Electio à Canonico celebrata non irritatur ex eo, quod laici ignoranter fuerint admisi, aut volentes se intruserint.
  - 12 Consuetudine induci non potest ut laici admittantur ad actus spirituales, etiam si sit immemorabilis, & num. 16.
  - 13 Consuetudo contra Ecclesiasticam libertatem est improscriptibilis.
  - 14 Consuetudine induci non potest ut Clerici solvant collectionem etiam de bonis parimonialibus.
  - 15 Consuetudo mala amittit nomen consuetudinis & dicitur corruptela.
  - 16 Spiritus ab à laicis possideri non possunt.
  - 17 Bulla Sanctissimi D. N. Urbani VIII. super preservatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum tollit consuetudines etiam immemorabiles, & cum sama privilegio.
  - 18 Conversi laici possunt electionibus regularium interesse, ex consuetudine.
  - 19 Vile an, & quando vitietur per inutile, & num. 26. & seqq. 29.
  - 20 Naturam immutari non est in potestate partium.
  - 21 Electio Papæ an reddatur irrita ex eo quod schedule post illarum publicationem apparuerit esse plures numero quàm Cardinales, & num. seqq. usque in fin.
  - 22 Quis si electus tantum habuerit duas tertias partes suffragiorum habitus ratione numeri Cardinalium, non autem numeri schedularum.
- Et quid si habuerit duas tertias partes suffragiorum etiam superfluis non computatis. numer. 26. & num. seqq. usque in fin.
- 23 Vota eligentium debent esse certa, aliàs non valent, & num. 25.

- 24 Incertum dicitur quod ignoratur.
- 25 Incertum in causa inducit incertitudinem in effectu.
- 26 Capitulum congregatum ex permisis, & prohibitis Capituli auctoritatem non habet.
- 27 Electionis actus est individuum, & nu. seq.
- 28 Concursum, in quo una cum tribus exanimatoribus Synodalibus alij quoq; non Synodales fuerint adhibiti, non valet, ibidem.
- 29 Electio vitatur propter admissionem inhabilium etiam ignoranter facta. Contrarium, n. 31. & seq.
- 30 Vitale vitatur per inutile propter assumptam formam irritam contrariam.
- 31 Declaratur, num. 34.
- 32 Actus collegialiter gestus ab inhabilibus, & inhabilibus ignoranter admisi sustinetur propter habiles, Secus si scienter, & num. 33.
- 33 Et quid si unus tantum sit habitus, reliqui vero inhabiles.
- 34 Actus principalis habens in sua essentia debitam formam non vitatur ex supervacua adiectione.
- 35 Schedule si post illarum publicationem repetita fuerint esse plures, quàm Cardinales, an sint comburendæ ex Gregoriana Constitutione.
- 36 Secretum publicato cur electoribus variare non liceat.

**M**A S S A N A, Non valet electio Pontificis per laicos, & Canonicos facta, etiam si hoc habeat consuetudo. Hoc dicit & tria facit. Prohibet. Decretum apponit: & contrariam consuetudinem damnat.

1 Nota primò jus eligendi in Collegiata Ecclesia non cadere in laicum, ut hic, & in c. Quisquis, supr. eod. cum concor. Et est ratio, quia hoc jus spirituale est, cap. Sacrosancta supra eod. Laici autem hujusmodi spirituales non sunt capaces, c. Causam qua de præscrip. & notatur in c. Quo in Ecclesiarum, & in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constit. & in c. Decernimus de iudic. etiam ad mixtis Clericis, ut hic, & in c. Contingit, & ibi dixi, num. 11. infra de arbit. Et actus activorum non cadunt in subiecto inhabili, cap. Per Esaiam 1. q. 1. cap. Medicina, de penit. dist. 1. cap. Iuvenis, de sponsal. l. 1. §. Cum arietes, ff. Si quadrup. pauper fec. dicatur, l. Si explevis, §. Tabernarius ff. ad leg. Aquil. & notat Joan. Andr. in c. Romana super. ver. Per hanc, de sent. excommunicat. lib. 6. & Bald. hic in princ. vers. Nota quod actus.

2 Secundo nota laicos non posse electioni interesse etiam ex admissione Canonicorum, ut hic est casus. Quod tamen declarat Compstell. & post eum Abb. Antiq. in ver. Laicos, Joan. Andr. n. 4. in ver. Electio Bald. in princ. vers. Adde tamen & n. 1. Butr. in secundo notat. & Abb. n. 2. & 3. ut procedat si laici admittantur ad coeligendum una cum Collegialibus: in hoc enim solus Papa dispensat cap. Sacrosancta, supra eod. Secus vero si admittantur propter aliquam Ecclesiæ utilitatem, veluti cum tabellio laico admittitur ad scribendum electionis processum, ut notat gloss. in cap. Quia propter, in ver. Redacta, supra eod. & ibi Abb. n. 9. vel cum vocantur laici ad compescendum schismaticos, vel alios, à quibus timetur impressio, seu violentia, ut cap. Vota, §. Principibus, 63. dist. & c. In nomine Domini, 23. dist. Quamvis enim laici non possint interesse ad

eligendum, possunt tamen interesse ad protegendum Canonicos, etiam armata manu, ut forniciter inquit Bald. hic in princ. vers. Adde tamen & vel denique admitti possunt si hoc eis competat ex privilegio Papæ, ut cap. Quod sicut, supra eod. c. Adriani, & c. In Synodo, 63. dist. ubi Papa cum Concilio imperitus est potestatem Imperatori eligendi Romanum Pontificem. Quod tamen privilegium postea fuit revocatum, ut in cap. Præter, §. Verum, 32. dist. Sed an in vim prædicti indulti Apostolici Imperatores transfulerint aliquod jus spirituale vide per Innoc. in d. c. Quod sicut, num. 3. & Cardin. Turrecrem. in d. cap. Adriani, num. 1. vers. Quarto, ubi ait, hæreticorum esse affirmare Papatum esse ab Imperatore, cum sit à Deo, ut c. Omnes, & cap. Sacrosancta, 22. dist. & egregie declarat qualis esse illa potestas Imperatoribus collata eligendi, seu confirmandi Romanum Antistitem, & tamen de fide & auctoritate illorum canonum vide Cardinalem Baron. in Annal. Ecclesiasticis, ad annum Domini 526. 555. & maxime 774. à num. 10. & ad annum 964. à num. 22. & Card. Ballam. lib. 2. de Summo Pontifice, c. 29. & de Clericis, c. 9.

3 Tertio nota in mixtis inseparabilibus magis esse attendendum, quod nocet quàm quod prodest, ut hic notat Butr. in primo notat. nam in electione mixta laicorum, & Canonicorum magis hic inspicitur qualitas laicalis ad destructionem actus, quàm qualitas Ecclesiastica ad illius productionem. Sed contra. Imò mixtura ex duabus naturis assumit naturam ejus simplicis, quod est favorabilis, & per quod jus consortis conservatur, ut l. Si communi, ff. Quendam. servit. amit. & cap. Sacra, de sententiar. Quam regulam ponit gloss. in cap. unico, in ver. Ecclesiasticus, de iurepatr. lib. 6. & pluribus confirmant. Alexan. in cons. 122. num. 16. & seq. lib. 4. Jaf. in l. Si emancipati, num. 5. & seq. C. de collat. & Felin. in c. 1. num. 6. ad med. vers. & dixit de præscrip. Solutio. Ita contrarium, ut scripsi latissime in cap. Cum propter num. 27. 36. 41. & 81. de iurepatr. Et ad hanc decretalem respondeo, hic esse speciale, ut prævaleat qualitas laicalis, quæ inscit electionem: & ratio specialitatis est propter odium Capitularium, qui sibi adjungunt, & conficiant inhabiles, ut hic per Abb. num. 5. Unde inferitur, ut si Canonici ignoranter admittantur laicos ad coeligendum, electio aliàs canonica ex mixtura laicorum non redderetur irrita, quemadmodum neque ex admixtione excommunicatorum, ut est textus ad hoc notabilis in cap. fin. de Procurator. & latius dicam infra, num. 31. & seq. Hinc etiam inferitur, ut si laici per vim se in electione intruderent, electio à Canonico celebrata nihominus sustineretur, valeret enim quatenus fieret à Clericis, ut est utile ut tunc fiat protestatio secundum Abb. d. num. 5. & cap. Cumana, supra eod. nam cessat odium admittentium quando laici per ignorantiam admittuntur, aut per violentiam se ingerunt.

4 Quarto nota ibi, etiam si hoc habeat consuetudo.

5 Non posse introduci consuetudine, ut laici admittantur ad actus spirituales, qualis est electio

6 Prælati. Quod duplicem habet rationem. Prima ratio est, quia hujusmodi consuetudo est contra Ecclesiasticam libertatem, ut cap. Sacrosancta, cap. Comterra, & cap. Quisquis, supra eod.



ead. & cap. Cum causa, in fine, de re iudic. & consequenter est imperscriptibilis, ut hic notat gl. fin. Bald. ante num. 1. vers. Item nota, & Abb. n. 6. qui ex hoc inferit ut non possit consuetudine introduci, ut Clerici solvant collectam etiam de bonis patrimonialibus, cum sit contra libertatem Ecclesiasticam, ut cap. Non minus, & c. Adversus, de immun. Eccles. c. fin. de vit. & honest. Cler. & c. Quinquagesima de censib. lib. 6. & propterea consuetudo huiusmodi amittit nomen consuetudinis, & appellatur hic corruptela, nempe quia mores corrumpit sub velamine consuetudinis; allimitur enim ab impijs ut privilegium cap. Mila, 3. dist. & cap. Denique, 4. dist. Secunda ratio est, quia spiritualia a laicis possideri non possunt, cap. 1. 16. qu. 7. & cap. Causamque, de prescript. Sine possessione autem non currit prescriptio, ut, in reg. sine possessione, de regul. iur. in 6. & l. Qui in servitute, ff. eod. Quae ratio convincit in hac materia induci non posse consuetudinem, aut praescriptionem etiam per tempus, cuius initi memoria in contrarium non existat, ut concludit Joan. Andr. in c. 2. de praeb. lib. 6. Abb. hic num. 4. & plenius in d. cap. Causam, dixi in cap. Cum contingat, num. 9. de foro compet.

17 Hodie extat hac de re novissima Constitutio S. D. N. Urbani VIII. quae incipit. Romanus Pontifex in sua, &c. edita anno 1641. super praeservatione iurium Sedis Apostolicae & inferiorum Ecclesiarum, ac personarum Ecclesiasticarum a quibuslibetque praesudicialibus: in qua irrita declarantur contrariae consuetudines, & praescriptiones etiam si sint immemorabiles, & cum sana privilegij.

18 Fallit conclusio superius firmata in Conventis professis, qui etiam laici, tamen admitti possunt in electionibus regularium, si ita se habeat religionis consuetudo, ut notat gl. 3. in Clem. Vrij, de stat. & qual. Joan. Andr. in cap. Ex eo in fin. de elect. lib. 6. & Collectat. hic in princ.

19 Ultimo nota electionem Praelati a Canonicis factam una cum laicis esse irritam ipso iure propter admixtionem laicorum, ut hic est casus valde notabilis, & mente tenendus secundum Abb. num. 3. & ita electio alius utilis, id est celebrata a maiore & saniore parte Capituli vitatur per inutilem admixtionem laicorum, ut hic notat gl. 1. communiter approbata. Nec obstat contraria regula c. Vitale, de regul. iur. lib. 6. quia procedit in inseparabilibus, ut ibi declarat gl. 1. sed de hoc plenius dicam infra num. 26. & 29. & seq. Item procedit regula illa, si vitium sit in materia veluti cum acceptatio interponitur super contractu iuris gentium: nam permutare naturam non est in potestate partium; & ideo tunc valet ut valere potest, ut l. An inuitus, ff. De acceptat. & arg. l. Quia ratio, ff. De condit. inst. si vitium sit in forma, ut hic declarat Bald. nu. 2. prope fin. Item significatur contrarium in c. fin. de Procurat. Sed solve, ut dicam infra, n. 31. & 33.

21 Hinc sumpta occasione, QUERO. In Constitutione Gregorij XV. de Romani Pontificis electione, quae incipit, Aeterni Patris Filius, in §. Insuper, Staturur, ut antequam schedulae a scrutatoribus aperiantur, omnes ab ijs diligentissime numerentur: & si plures repertae fuerint

quam sint Cardinales, omnes comburantur, & iterum ad suffragia deveniant. Pone, post absolutam schedularum publicationem, & non prius compertum fuisse schedulas esse plures numero, quam Cardinales. Fac enim scrutatorum incuria ante publicationem fecerit non fuisse ritè numeratas, vel certe alienius malitia post completam numerationem, & inchoatam publicationem alias schedulas ultra numeratas in calicem injectas fuisse, ita ut in uniuersum excedant numerum Cardinalium in Conclavi praesentium: numquid ex hoc electio reddatur irrita.

22 Pro clariori quaestione solutione duo casus sunt distinguendi. Primus est cum electus habuit duas tantum partes suffragiorum habita ratione Cardinalium existentium in conclavi, non autem numeri schedularum: puta quia Cardinales sunt numero triginta, & Cardinalis Hostiensis habuit suffragia viginti, suo suffragio non computato; & tamè in calice repertae fuerunt schedulae triginta tres, aut etiam plures; & hoc primo casu credimus manifestum esse talem non censeri electum.

23 Ratio est evidens, quia fieri potest ut in numero viginti suffragiorum, quae ipsa habuit, adfata quae ex schedulis, quae superabundant, atque ita ignoratur an verè is a duabus partibus Cardinalium electus fuerit, sicut pro forma requirit Gregoriana Constitutio, quae in hoc est iuri communi conformis, ut in c. Licet de vitanda, super eod. & consequenter electio est incerta, quia incertum dicitur quod ignoratur, l. Subsignatum, §. fin. ff. De verb. signific. & non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, l. Neque natales, c. De probat. & l. Non hoc, c. Unde legit, imò quod est incertum perinde est ac si non esset, l. Dux sunt Titij, ff. De testam. & l. Si ita fuerit, ff. De reb. dub. facit text. in l. Ita stipulatus, ff. De verb. obligat. & in l. Campost. §. Gener. cum ibi notat, ff. De iur. dot. Vota autem eligentium debent esse certa, alias non valent, ut sunt iura clara in cap. In electionibus, infr. eod. lib. 6. & in c. 1. de postulat. Prelat. eod. lib. & incertum in causa inducit incertitudinem in effectu, c. Coepiscopi, 68. dist. c. Ad audientiam, c. Significasti, & c. Petritio de homicid.

26 Secundus casus est cum electus habuit duas suffragiorum partes etiam superfluis non computatis, puta Cardinales sunt triginta, & schedulae triginta tres, & electus habuit suffragia viginti tria, vel plura, aut etiam omnia: & hoc casus videtur non parum dubia.

27 Contra electionem videtur primo urgere haec Decretalis, ubi irrita decernitur electio facta a Canonicis, cum quibus laici admixti fuerint: & ita electio alius utilis, id est a maiori parte Capituli celebrata vitatur per inutilem admixtionem inhabilium, ut hic notat gl. 1. & ratione prohiberi vitatur processum, ita ut Capitulum congregatum ex permisis, & prohibitis Capituli auctoritatem non habeat, ut ait hic Bald. in princ. Et est ratio, quia actus electionis est individuum, nec potest pro parte valere, & pro parte non, c. Prudentiam, de off. deleg. Individuum autem, & inseparabilibus mixtio inutilis vitatur utile, & magis inspicitur quod nocet, quam quod prodest, ut est casus notabilis hic secundum Anton. de Butr. in primo notab. & Abb. num. 3. Ob quam rationem alias S. Congregatio Con-

Concilij nullam declaravit concursum, in quo una cum tribus examinatoribus in dicecesana Synodo deputatis alij quoque non Synodales fuerunt adhibiti. Quod ad hoc verum esse ut inficiatur electio ex admixtione inhabilium etiam ignoranter facta, si credimus eidem Butr. hoc asserenti in c. fin. nu. 2. & 11. de Procurator. ea consideratione, quia in scrutinio nomina omnium describuntur, ita ut omnes simul, & individue ad actum electionis procedant: & in idem recidit quod scripsit Bald. hic num. 2. videlicet utile vitari per inutile propter assumptam formam iuri contrariam; licet secus sit quando vitium superfluum est in materia. Ex quibus videtur resultare ut viginti suffragia utilia duas tertias partes Cardinalium constituant, quae hoc casu habuit electus, vitentur per supervacuum adjectionem trium inutilium.

Deinde contra electionem videtur urgere, quod cum in Gregoriana Constitutione sancitum fuerit ut si schedulae plures repertae fuerint, quam Cardinales, comburantur omnes, & iterum ad suffragia deveniant: his verbis videtur Pontifex abutuisse vim omnem, & robor illius scrutinij in quo repertum fuerit plures fuisse schedulas, quam Cardinales. Idque nulla habita ratione an quisquam ab omnibus, vel a duabus partibus, an verò a paucioribus tantum electus fuerit. Si enim voluisset hanc distinctionem adhiberi, non utique sanxisset schedulas omnes esse indistinctè comburendas, sed decrevisset prius deveniendum esse ad illarum publicationem ut constare posset an electus etiam non computatis schedulis superfluis habuisset duas tertias partes suffragiorum. Non videtur ergo consentaneum, ut nos adhibeamus distinctionem, quam legislator non adhibuit, l. Prosexis, ff. Qui. & a quib. & l. De pretio, ff. De publican. in rem act. cum vulg. Quod enim non est Apostolicum decreto sancitum, superfluous non est adinventionibus praesumptum, c. Consultatus, 2. quest. 5. & cap. Inter corporalia, de translat. Episc.

31 Sed validitas electionis videtur suffragari quod est si schedulae excedant numerum eligentium; certum est tamen electum habuisse suffragia duarum ex tribus partibus. Esto enim suffragia lata in tribus schedulis, quae superabundant, sint casta, & irrita; tamen cum Cardinales sint numero triginta, & electus viginti tria suffragia habuerit, etiam si demas illa tria, superflua tamen viginti, quae adaequate constituunt duas tertias partes Cardinalium in Conclavi existentium. Electio igitur alius utilis, id est a duabus partibus Collegij canonice celebrata per inutilem schedularum adjectionem vitari non debet, ex theorica Innoc. in cap. Illa, nu. 2. vers. Imò plus dicimus, supra eod. ubi in questione illa An vitetur electio ex eo quod cum habilibus aliqui inhabiles admixti fuerint ad coeligendum, distinguit an scienter admixti fuerint; & tunc electio non valet, & in hoc casu dicit esse intelligendam hanc decretalem, cap. fin. de Procurator. cap. Ad probandum, de re iudic. & cap. Cum super, de offic. delegat. An verò ignoranter; & tunc determinat electionem ab habilibus factam numquam irritari propter admixtionem inhabilium, arg. l. 1. §. 1. ff. Pro

32 Soc. Quinimò asserit hoc vendicare sibi locum etiam unius tantum ex electoribus esse habitis,

reliqui autem omnes inhabiles; puta majori excommunicatione ligati; quia nihilominus selector habilis admiserit eos ignoranter ad coeligendum, sustinetur electio, quia in ipsa recidit ius Capituli, ut l. Sicut, ff. Quod cuiusque univers. nomin. & notatur in cap. Irreparabilis, de offic. ordin. Et rationem diversitatis assignat, quia ubi admittuntur inhabiles scienter, electores videntur nolle sine ijs procedere, sed potius ut actus assumat vim ab omnibus; ideoque non valet quod agitur, quia quod possunt nolum, & quod volunt adimplere nequeunt, ut d. cap. Cum super, de offic. deleg. At verò ubi inhabiles admittuntur ignoranter, principalis intentio eligentium est eligere omni meliori modo, sive cum alijs, sive per se tantum, si alij de iure interesse non possunt, ut l. Eum, qui, §. Si in curiam, & §. seq. ff. De iur. Quae distinctio Innocentij praevalet in electionem, eamque amplectuntur omnes Doctores, ut testatur Abb. in d. cap. fin. num. 6. de Procurator. quidquid scripserit Butr. in contrarium citatus supra num. 28. Et probatur aperte in d. c. fin. ubi est expressum valere actum collegialiter gestum ab habilibus, & inhabilibus ignoranter admixtis, & sustineri propter habiles, quem textum dicit ad hoc meliorem de corpore Juris Corlect. in suis singular. in ver. Universitas, singular. 384. incipien. Regula est quod actus, post Abb. illic num. 3. Et propterea si non existens in factis, qui vocem in Capitulo non habet, ut Clem. Vrij, de atar. & qual. vel alius inhabilis ignoranter admittatur ad coeligendum, seu ad alios actus Capitulares, valet quod geritur, & utile per inutile non vitatur, cap. Vitale, de regul. iur. lib. 6. secundum Jo. Andr. in reg. Quod dicitur, in Mercurial. Quamobrem cum hoc casu schedulae supervacuae in calice fuerint positae ignoranter a electoribus, vel omnibus, vel saltem duabus tertijs eorum partibus, penes quos resideret eligendi potestas, vota illorum valida, & utilis per adjectionem aliorum inutilium vitari non debent, & nonnullorum fraus, & dolus non debet obesse nominato, ut inquit gl. ult. in fin. in cap. Publicato, infra eodem.

34 Praeterea quando actus principalis habet in sua essentia debitam formam, sicuti habet electio Pontificis ex constitutione Gregorij, supervacua adjectio non vitatur. Ita loquitur text. in l. Eum qui ita, §. Te, & Titium, ff. De verb. obligat. Bald. hic num. 2. vers. Nec obstat. Generale enim est, ut si forma alicui superfluum addatur, ex huiusmodi inutili adjectione actus non infringatur, ut l. Non sunt liberi, ff. De statu homin. & ibi notat gl. in ver. Prodigiosum, in fin. & Bart. in tract. Tibertius ad fin. super ver. Amiffa propria forma, concordat text. in leg. Idem Officium, ff. De adlit. edit. & in leg. Falga, §. Sed & si cui, ff. De condit. & demonstrat. & in l. Si in cuius, ff. Quemadm. servit. amitt. Quibus accedit quod electioni Romani Pontificis a duabus partibus Cardinalium celebratae nulla exceptio juris positivi potest opponi, ut statuitur in decretali, Licet de vitanda, supra eod. Et quamvis in Constitutione Gregorij nova forma praescripta fuerit; tamen in §. Quod si electio, ubi perstringitur forma essentialis cum decreto irritanti, statutum non legitur ut electio nulla sit ex hoc capite, quod schedulae repertae fuerint plures numero, quam



Cardinales, & consequenter quod spectat ad electionis validitatem hic casus tamquam omisus in Constitutione remansit in dispositione juris communis, vulg. l. Commodissime, ff. De liber. & posthum. & arg. l. Sancimus, c. De testam. & l. Precipimus, in fin. c. De appellat. De jure communi autem contra electum à duabus partibus Cardinalium obijci non potest quod schedulae superabundent, sicut obijci non potest quod Cardinales eligentes sint excommunicati, vel suspensi; cum hujusmodi exceptiones juris positivi sint, ut in d. cap. Licet, adnotarunt Compofcell. nu. 3. Joan. Andr. num. 10. & reliqui Interpretes, ut ibi dixi num. 11. & seqq.

Nec obstant contraria. Ad primum enim responderetur hoc capitulum non habere locum quando inhabiles ignominanter admittuntur ad eligendum, secundum theoriam Innocentij, quidquid contra scripserit Butr. cujus opinio communiter non tenetur, ut fusè ostensum est supra num. 31. & seqq.

Ad secundum responderi potest Gregorium statuisse ut schedulae numerentur antequam aperiantur à scrutatoribus, & tunc si apparuerint numero plures quam sint Cardinales, omnes comburantur. Quibus verbis videtur respexisse tantummodo ad illum excessum schedularum, qui reperiatur ante inchoatam illarum publicationem; & in hoc tantum actu decrevit schedulas esse comburendas. At verò de excessu schedularum reposito post inchoatam, vel absolutam publicationem scrutiniij nihil statuit, forte quia visum sibi fuit sufficienter huic inconvenienti occurrere precipiendo, ut ante publicationem schedulae palam diligentissime numerentur à scrutatoribus; postquam quidem numerationem in conspectu omnium peractam vix putavit posse contingere, ut schedulae excederent numerum Cardinalium; ac proinde de hoc casu veluti raro, aut minus frequenti nihil statuumdum duxit, arg. l. Iura, cum tribus leg. seqq. ff. de legib. Praefertim verò quia si schedulae comburantur priusquam fuerint apertae, & ad novum scrutinium procedatur, cum nondum appareat quae quisque suffragia habuerit, nemo potest conquiri, quod exinde juri suo, vel famae aliquatenus detrahatur, ut notat Innocent. in c. Publicato, num. 2. infra eod. dicens hoc casu nullum posse detrahatur, quia nemini sit praesudicium, nec aliqua infamia oritur nominato, cum clausa sint vota. At verò apertis jam schedulis, & scrutinio publicato videtur quodammodo electio initiata, & aliquod jus quaesitum, ei quem constat habuisse duas tertias suffragiorum partes etiam superfluis non computatis, ut ex dictis patet. Unde si schedulae tunc lacerari, aut comburi non possent, nec ad nova suffragia deveniri circa illius injuriam, quia res non est integra, & nemini licet mutare consilium in alterius praesudicium, cap. Cum inter Canonicos, infra eod. l. Nemo, la quarta, ff. de reg. jur. Item ex novo scrutinio proteretur electio. Quod est periculosum praefertim in Electione Romani Pontificis, c. Vbi periculum, infra eod. lib. 6. & Clemens. Ne Romanus, eod. tit. At quas rationes forte respexit Gregorius IX, dum decrevit, ut publicato scrutinio non liceat electoribus variare, ut in d. cap. Publicato, infra eod. & ibi notat gloss. 1. Innocent.

Holl. Joan. Andr. & reliqui Interpretes. Nobis tamen in his pronuntiare non licet, idè què ad obvianum periculum absre non esset, ut prima Sedes hanc dubitationem dilucidaret.

Quid autem juris sit in casu converso, videlicet cum schedulae reperiuntur pauciores numero quam sint Cardinales, scripsi plenè in praedicta decretali, Publicato, à n. 36. usque in fin.

### DE ELECTIONE.

#### Cap. Publicato.

#### S V M M A R I V M.

- 1 **S**crutinio publicato non possunt electores variare, sed cogi debent ad collationem, & electionem.
- Ampliat. sex modis à num. 11. usque ad nu. 23. & fallit novem, à num. 45. usq. ad n. 52.
- 2 Electores dici possunt actu electionis inchoato, licet non consummato.
- 3 Electores publicato scrutinio sunt compellendi ad collationem, & electionem à Superiore, ad quem spectat confirmatio.
- 4 Matrimonium tam spirituale, quam carnale non vitatur ex legitima compulsionè Superioris propter principium voluntarium.
- 5 Electoribus cur non liceat variare scrutinio publicato, & num. seqq.
- 6 Initium si desit, desit initiatio.
- 7 Matrimonium spirituale de quo habeat partes.
- 8 Publicationis effectus v. r. r. g.
- 9 Beneficium etiam absenti collato Episcopus dicitur sanctus officio suo, & ideo variare non potest.
- 10 Ex scrutini publicatione an, & quale ius acquiratur nominato, & num. 20.
- 11 Electores nec singulariter, nec in communem variare possunt scrutinio publicato.
- 12 Variatio sicut post publicationem scrutiniij non permittitur electoribus, ita nec substitutis in eorum locum.
- 13 Idem in metropolitano, ad quem ius eligendi sit devolutum.
- 14 Electores post scrutiniij publicationem excommunicati, ac deinde absoluti variare non possunt.
- 15 Et an possint facere electionem ante absolutionem, remissive.
- 16 Electoribus assentibus se non consensisse in eum, qui in scrutinio reperitur nominatus, non creditur.
- 17 Scrutatoribus in fides adhibetur contra renorem scripturæ remissive.
- 18 Electio cassari non debet nisi ad petitionem contemptam, nec per alium, quam per Superiorem, & interim variare non licet.
- 19 Scrutinio publicato si superveniat defectus in forma, an electores ad novum scrutinium procedentes teneantur eligere tam nominatum, & nu. seqq. & num. 28. & seqq.
- 20 Ex nominatione ius non acquiritur, nisi nominatio sit sollemnis.
- 21 Electus à minori parte Capituli an, & quando sit preferendus si electio facta à maiori parte sit nulla.
- 22 Electores in forma peccantes privandi sunt ea vice potestate eligendi.

Electio

- 23 Electio Pape si nulla sit ex defectu formae praescriptae in Constitutione Gregorij XV. an Cardinalibus in novo scrutinio liceat variare, & nu. seqq. usque ad nu. 35.
- 24 Electio quamvis nulla ex defectu formae, tamen si ad sit consensus eligentium, & electi, dicitur canonice de iure naturali.
- 25 Et post consecrationem nihil potest obijcere Ecclesia de forma non servata.
- Contrarium num. 28. & seqq.
- 26 Forma in electionibus cur introducitur.
- 27 Electus in Papam non servata forma Constitutionis Gregorij XV. non est Apostolicus, sed Apostolicus.
- 28 Substantia deficiente desit ipsum totum.
- 29 Electio ipso iure nulla an possit confirmari.
- 30 Obligatio naturalis non oritur ex consensu quando lex positiva resistit actu.
- 31 Idem quando actus peccat in sua forma.
- 32 Vel quando lex decernit actum ipso iure nullum.
- 33 Matrimonium tam carnale, quam spirituale celebratum non servata forma iuris positivi est nullum etiam in foro conscientiae.
- 34 Scrutinij publicatione inchoata, sed non consummata an liceat Electoribus variare.
- Et quid si publicato scrutinio vota appareant aequalia, nu. 36.
- Et an pari minor variare possit accedente maiori, num. 37.
- Et quid si nominatus in scrutinio iuri suo renunciarit, num. 39.
- Et quid si notorium sit nominatum esse ineligibilem, num. 40.
- Et quid si dubitetur an sit postulandus, vel eligendus, num. 43.
- Et quid in compromissarij eligentibus per viam scrutiniij, num. 45.
- Et quid in Patronis Ecclesiarum, num. 46.
- 35 Variatio non est prohibita Electoribus nisi in praesudicium nominati, & num. seqq.
- 36 Variare an possit quis consentiendo electioni de se factae.
- 37 Electus in scrutinio potest dissentire etiam post electionem sibi presentatam.
- 38 Nominantes in scrutinio scienter indignum an sint privati pro illa vice potestate eligendi.
- 39 Postulatio, & electio sibi invicem adversantur.
- 40 Electio an sit differenda si aliquis publicato scrutinio probare velit nominationem esse ineligibilem.
- 41 Compromissarij, licet procedant per viam scrutiniij, non tamen arctantur ad formam, c. Quia propter.
- 42 Patroni tam Clerici, quam laici variant indistinctè ante presentationem; postea verò laici tantum.
- 43 Clives eligentes sibi potestatem an possint variare.
- 44 In postulacione an licet a sit variatio publicato scrutinio, & num. seqq. usq. ad num. 53.
- 45 Argumentum à contrario sensu est fortissimum in iure, & quando locus.
- 46 In postulacione nulla forma reperitur à iure praescripta.
- 47 Nec per eum acquiritur ius postulato.
- 48 Variare possunt electores ante publicationem scrutiniij.
- 49 Idem in Superiore, ad quem ius eligendi sit devolutum.

- 50 Et quid si scrutatores recesserint à loco scrutiniij.
- 51 Scrutinium nondum publicatum an destrui possit de consensu maioris partis Capituli etiam sine ulla causa.
- 52 Electio Pape an vitetur ex eo quod aliquot schedulae deperierint ante consummatam scrutiniij publicationem, & num. seqq. usque in fin.
- Et quid si hic casus contingat in scrutinio, & accessu, num. 65.
- 53 Actus ex se perfectus, & consummatus per contrarium eventum non resolvitur.
- 54 Etiam si potest eveniat casus, à quo non potuit inchoari.
- 55 Forma ubi ex aliquo casu adventitio servari non potest, valet actus etiam tali forma non servata.
- 56 Publicatio electionis si omittatur fraudulenter, non nocet electo.
- 57 Electio non valet si post collationem protrahatur per simpliciter, vel negligentiam Electorum; secus si mala fide.
- 58 Actus imperfectus remanet nullus sine casu, sine culpa accidat, ut nequeat perfici.
- 59 Testamentum inter liberos quamvis valeat sine publicatione, tamen si Testator voluerit illud publicari, & ante publicationem obierit, est nullum ex defectu voluntatis.
- 60 Aliter nihil dicitur cum aliquid superest agendum.
- 61 Quod pendet non est pro eo quasi sit.

**P**UBLICATO. Famosum, & quia breve est, per alia verba sic summaripotest. Scrutinio publicato non possunt electores variare, sed cogi debent ad collationem, & electionem. Hoc dicit, & tria facit. Primo dictum ponit. Secundo, eius rationem reddit. Tercio, rationem necessitatis exprimit. Secunda ibi, cum sit. Tertia ibi, ad quod.

Nota primo, ex textu tres actus substantiales electionis per viam scrutiniij, videlicet scrutiniij publicationem, suffragiorum collationem, & electionem in communi, quorum si vel alterum omittatur, non tenet electio, ut cap. Quia propter, cap. Camana, & cap. In Genes, supra eod.

2 Secundo nota ibi, Electores, congruè dici posse electores actu electionis inchoato, licet nondum consummato, & tunc dicuntur electores quasi electuri secundum Jo. Andr. num. 5. & Cardin. in secundo notab.

3 Tercio nota ibi, si oportuerit, compellantur. Electores non esse simpliciter, & absolute compellendos ad collationem numeri ad numerum, & electionem in communi; sed si opus fuerit. Unde prius moneri debent; ac si recitauerit, tunc demum per censuram Ecclesiasticam sunt cogendi ad instar testis, ut cap. 1. de testibus cogendi. Admonitio enim debet praecedere vindictam, ut cap. Indigne, 12. quasi 2. ut hic per Compofcell. num. 7. in ver. si oportuerit. Vel aliter expone illa verba, ut per Abb. Antiqui. num. 4. in eod. ver. Compulsio autem expectabit ad Superiorem cuius est electionem confirmare, licet aliàs non sit ordinarius illorum eligentium secundum Joan. Andr. num. 27. quia ex quo conceditur confirmatio, videntur concessa omnia praetambula, per quae pervenitur ad illam, arg. cap. Praeterea, de offic. deleg. & l. Ad rem mobilem, & l. Ad Legatum, ff. De Procurat. & cum hoc dicitur transeunt Doctores